

ICONES ANIMALIVM

QVADRVPEDVM VIVIPARORVM ET OVI-
PARORVM, QVAE IN HISTORIAE ANIMALIVM CON-
RADI GESNERI LIBRO I. ET II. DESCRIBVNTVR, CVM
NOMENCLATVRIS SINGVLORVM LATINIS, GRAECIS,
ITALICIS, GALLICIS, ET GERMANICIS PLERVN=
QVE, ET ALIARVM QVOQVE LINGVARVM,
CERTIS ORDINIBVS DIGESTAE.


EDITIO secunda, nouis Eiconibus non paucis, &
passim nomenclaturis ac descriptionibus auctior.

LE Figure de gl' Animali quadrupedi d'ogni sorte.

LES Figures & pourtraictz des bestes a quatre piedz
de toute sorte.

Die Figuren vnd contrafacturen von allerley vier-
füssigen Thieren.

Accedunt et Indices secundum diuersas linguas in fine libri.



CVM Priuilegijs S. Cæsareæ Maiestatis, & Christia-
nissimi Regis Galliarum.

TIGVRI EXCVDEBAT C. FROSCHOVERVS
ANNO M. D. LX.

[Conrad Gesner]

Quadrup. ferorum

sub finem Decembris, nunquā se maiorem cœli caloris uim sensisse testatū, Cornua huius quadrupedis Bernæ in curia uisuntur. nos etiam Augustæ in ædibus amplissi mi uiri Ge. Fuggeri uidimus. GALLICE Rangier, Rangler.

GERMANICE Rein/Reen/Reyner/Ranger/Reinhier. Wirt mit grossen scharen gefunden in Norwegen vnd anstossenden landē: auch in Massouia/welches ist ein gegne im künigrych Poland/aber zu vnserer zeyt vast wenig. Ich halt daß sein nam ein Teutschchen vsprung habe von dem rennen har: dañ diß thier ist also schnäll/daß es eins tags vff xxx. Teutschcher meylen louffen mag/xc.

POLONICE Rensheron.

RHINOCEROS, uel Taurus Aethiopicus Pausaniae: nam alijs sunt Aethiopici illi tauri, quorū Plinius & Aelianus mentionerunt. Rhinocerotis nomen Græcum in linguis alijs plerique scrutatur. Latinè dici posset Naricornis. ¶ Rhinocerotis eius picturā uidimus, cuius cadauer è naufragio eiectum est in Tyrrhenum litus. Capite est suillo, tergere munitus scutulato. cornu gemino, altero pusillo in fronte, altero in nare robustissimo, quo audacissimè pugnat ac uincit Elephantum, Scaliger. Indorū lingua hoc animal Sandabenamet uocat. ¶ Rhinoceros magnitudine par est Equo fluuiatili.



Ordo primus.

61

Dicit autem iuxta Nilum, ab Oceano ascendens: & cum apud Indos Bouis nomine dicatur, apud Nilum nominatur Rhinoceros, Scriptor Græcus recentior innominatus. Oppianus hoc animal Oryge non multo maius esse scribit. Strabo magnitudinem Tauri ei tribuit. Plinius Elephanto longitudine propè parem facit: alij uel parem, uel paulo longiore, humiliorē tamen, & brevioribus cruribus. ¶ Pictura quā exhibeo, Alberti Dureri est, qua clariss. ille pictor Rhinocerotē Emmanueli Lusitaniae regi anno Salutis 1515. ē. Cambaia Indiæ regione Vlyssbonā aduectum, per pulchritudinem expressit.

G E R M. Ein großes frömmes thier vß India/mit einem kleinen hörnle/vff dem halß oben: vnd einem anderen starken horn vff der nasen/mit welchem er fräßenlich wider den Helfanten streyt/reyßt ihm den bauch auf/vnd überwindet ihn. Mag ein Nassthorn genent werden.

E L E P H A S Græcum uocabulum, Latinis etiam receptum est, dicitur & Elephantus à Cicerone

